

1711 12/29 6 1/2 p. 1/2

Sammelbet!

D 1307

2

45.

D. B. J
AVSPICIIS RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DN. FRIDERICI WILHELMI
PRINCIPIS BORUSSIAE. RELIQUA

PHILOSOPHUMENA
SYNESII CYRENENSIS

DISPUTATIONE PRIORE

D. III Februar

A. O. R

∞ 1800XIV


44.

PRAESIDE
M. PETRO ADOLPHO BOYSEN
ASHERSLEBIENSI

Publice interpretabitur
CAROLVS FRIDERICI Ph. & S. Th. St
CYGNEA. MISN

HALÆ MAGDEBURGICÆ
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ





PHILOSOPHUMENA
CAROLUS





Q. B. V
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΜΕΝΑ SYNESII.

I



Hi res de Platonismo Patrum ple-
rorumque contra nuperas P. Balti,
membri Soc. Jesu non infimi, ob-
jectiones (α) satis perorata videri
poterat, placuit tamen eandem vel
uno Synesii, scriptoris elegantissi-
mi, exemplo explodere. Produ-
xit hac nostra ætate, aluitque non
unum Societas Lojolitica Virum, qui novis opinio-
nibus circulos turbare, seriasque nugas in vulgus spar-
gere, nulli dubitarunt. Inanes conjecturæ sunt, quas
primus magno conatu, studioque egit Harduinus. *Con-
jector plus justo suspiciosus*, & infelicissimus Officinæ Ar-
chontianæ architectus, dignus utique, quem Sale Saty-
rico defricaret, & deridendum propinaret, fidei socius,
Henr. Norrisius, (β) cujusque absurditates, & somnia
præter alios refellerent Viri docti, probique, b. Cella-

A 2

rius

(α) in libro, Inscripto : *Defensé des S. S. Peres, accusez de Pla-
tonisme* Paris. 1711. 4.

(β) In *Paranesti ad Jo. Harduinum*, cui adjectus est Ejusdem
Thraso, seu *Miles Macedonicus*, sale Plautino perfrictus, qui
antea sub persona Hannib. Corradini contra Macedonem
prodierat,

* (4) *

rius, (γ) Vignolius, (δ) M. V. La Crozius, (ε) Jo. Sartorius, (ζ) & Summe Rever. Abbas, Dn. D. Schmidius (η). Succesfit alius Harduino sodalis, Germonius, non minus temerarius Criticus, cujus opiniones, ipso molimine graves, & eadem mente, qua ab Harduino, quamvis diverso consilio, apparatuque allatas, non sine indignationis sensu adspexit Respublica. (θ) In eundem censum referendus Ri. Simonius, cujus severas animadversiones si curatius examines, idem stabilire non obscure videntur, de quo antea memorati frustra laborarunt. (ι) Verum non ferunt destinati opellæ huic fin-

- nes,
- (γ) in Disput. Hal. habita 1696. qua Fl. Josephum ab Harduini accusationibus vindicat.
 - (δ) in Ep. Chronologica, multo eruditionis apparatu referta, & subjuncta V. Cl. *la Crozi* lib. laud.
 - (ε) in Vindiciis Vet. Script. adversus *Harduinum*. Rotter. 1708. ed. libro elegantissimo.
 - (ζ) in Disput. de Ostracifino Litterario Ged. hab. 1710.
 - (η) in Disput. in scripta: Stricatura Theologica in *Harduini* Op. Sel. Helmst. 1710. 4.
 - (θ) Jesuitæ tamen Treboccenses irritos *Germonii* conatus, quos contra Mabillonii Artem Diplomaticam suscepit, calculo suo comprobant in Memor. Dombensibus T. IX. p. 97. Ed. Holl. eoque ipso tum de perversa sua fide, tum de odio adversus *P. Benedictinos* inveterato, &, uti videtur, implacabili testimonium perhibent.
 - (ι) Egit id *Simonius* in Hist. Crit. Vet. Test. Gallice ed. Paris. 678. cura tamen Nicolii, aliorumque suppressa, quod ipse Simonius non dissimulat T. III. Biblioth. Criticæ p. 61 f. imo combusta, ut de quibusdam exemplis refert Tenzelius in Dial. Menstr. A. 1689. p. 217. Latine, male tamen, versa a Nat. Alb. de Verfe Amstel. 1681. 4. cf. *Crenium* P. VII. Animadv. p. 41 seq. Anglice luculenter conyersam, eandem recusam esse, præter

nes, ut simus copiosiores, quibus sufficit, sententiam Balti vanitatis, levitatisque convicisse, qua confidenter negat, quendam ex Patribus, quos Ecclesia veneratur, disciplina excultum fuisse Platonica, & iis innutritum litteris, quæ Academiam redolerent. *Μέγα λίαν αἴτημα*, quod sane rationes, a Viro docto allatæ, non evincunt, quas tamen omnes examini subicere, a nobis impetrare hoc loco non possumus, imprimis cum labor frustraneus videri posset, desudare multum velle in refellendis conjecturis, rationibusque, magis ex præjudicata opinione, quam animo, omni anticipata sententia vacuo, oriundis, quas exempla efficacius destruunt; quibus penitus enervari Systema, quod exstruxit Baltus, neminem eorum latere potest, qui in lectione Patrum sunt versati. Hi enim cum animi sui sensu ita candide, ita aperte profiteantur, ut non obscure ostendant, se & verba, & sententias a Platone esse mutuatos, quis amplius dubitare velit de veritate asserti nostri, communi huc usque assensu comprobati. Nisi forte fuerit Jesuiticæ cohortis socius, cujus, sedis Romanæ Promachi, multum intererat, ostendere, si fieri posset, male fundatam esse Nostratium sententiam, qui non præ-

A 3

ter

præter Tentzelium l. c. tradit *Hody* in *Hist. Aristæ* p. 191. tum vero etiam in *Hist. Crit. N. T.* aliisque libris, artifice Simonii manu perpolitis. In solentioris Criticæ exempla, in scriptis ejus passim obvia, laudabili prorsus consilio rejecerunt Viri Eruditi, quorum jam non nisi nomina communicamus: *Jac. Basnagius*, *Jo. Bened. Carpovius*, *P. Colomesius*, *Jo. Clericus*, *Jo. Henr. Heideggerus*, *Matth. Honiam*, qui tamen bonam causam infeliciter peroravit, *Val. Ern. Læfberus*, *Jo. Henr. Majus*, *Jo. Meyerus*, *El. Lud. Du Pinus*, *Gwil. Saldenus*, *Er. Spanhemius*, *Jac. Triglandius*, *Mich. le Vassor*, *Car. Mar. Veilius*, *Jf. Vossius*, *Herm. Wittsius*.

* (6) *

ter rem suspicati sunt, quædam Ecclesiæ Pontificiæ dogmata, nominatim de igne purgante, primitus e schola Platonica in Ecclesiam esse translata. (κ) Hæc verò dum asserimus, longissime nos removemus a contrario nonnullorum errore, qui, manifesto depravatæ mentis errore abrepti, non tantum omnes promiscue Patres opinionibus indulgisse Platonice, audacter pronunciant, verum etiam ipsa fidei salutaris capita, mysterii plenissima, adeoque ab intelligentia hominum multum remota, ex eadem schola derivare non erubescunt. (λ) Continemus nos intra limites justos, & sicuti Balti *ἔυρημα*, ceu imperitum, rejicimus, ita posterius *ῥῥέλογμα* merito detestamur, utimurque consilio, quod fenariis

(κ) *Res de Platonismo Patrum tam clara est, ut negari, nisi ab imperitissimis, non possit.* Rectissime ita b. Jac. Thomafius in Orig. Hist. Ph. & Eccl. p. 87. non minus vere Fr. Spanhemius in H. E. V. T. T. I. Op. p. 444. *Philosophia Platonice impense additi Patrum antiquissimi, queque ut προπαδεία Religionis Christiane ipsis habita, &c.* ita etiam D. Rivetus judicat in Crit. Sac. p. m. 62. *Comperiuntur enim ex Veteribus Theologis, maxime Græcis, in quibusdam locis πλατωνίσεις.* Praclare, & disertissime rem extra dubitationis aleam ponit illustris Pet. Dan. Huetius in Origenianis. De dogmatibus, quæ ex disciplina Platonis in Ecclesiam dimanarunt, præter Spanhemium l. cit. disputant b. Mart. Chemnitius, ὁ Πάπυ in Exam. Conc. Trident. P. III, p. 141. Jo. Forbesius in Instrucl. Histor. Theolog. L. XIII. c. II. seq. p. m. 671. f. & alii plures, quos solita sibi diligentia collegit V. Cl. Jo. Christ. Wolfius in doctis ad *Casaboniana* Notis. p. 309. seq.

(λ) Ita communiter Sociniani, & ante aliquot annos ingenti animi confidentia Auctor Lib. de Platonismo devotilé Col. ut titulus habet, ed. 1700. De aliis adi Collectores A. E. in Supplementis T. I. Sect. VIII. p. 340, Steph. le Moyné in Variis Sacris p. 138 - 272.

* (7) *
fenariis duobus Pratina, Phlasius, sensu tamen diverso,
apud Athenæum Δειπνοσοφ. L. XIV includit:

μη σύντονον δίαιτα, μη' άνειμένην,
ίασι θίσαν, αλλά τάν μέσαν νέων.

II

Verum jacta esto alea: faciamus enim periculum ex Synesio nostro, cui a Patria, & Episcopatus sede, quæ Ei Ptolemaide Cyrenaica obtigit, nomen Cyrenensis adhæsit, Viro, antiquitatis scientia non vulgari, eloquio singulari, judicio exquisito, rerum Philosophicarum, æque ac Theologicarum peritia celeberrimo. Illustravit ille meritis suis Sec. V. orisque facundia, ceterisque dotibus ingenii ita animos amicorum, & inprimis *Theophili*, Antiocheni Episcopi, deliniit, ut communi consensu, nequicquam reluctans, in Episcopum cooptaretur. Vitam ejus Scriptores Historiæ Ecclesiasticæ, & Conditores Bibliothecarum, & ex parte Collectores Lexicorum Universalium copiosius exponunt, quorum defectus nuper admodum doctè supplèvit Dn. D. *Chladenius*, in disput. de Theologia Synesii. Dion. Petavius, Editor Op. Synesianorum pauca, huc facientia, ea tamen non vulgaria, in limine Notarum complexus est. *Janus Cornarius* vero in vita Synesii, juxta cum Ejus Operibus Latine versis, Basil 1560. publici juris facta, sitim Lectoris solliciti ægre restinguet. Lapsus *Baronii* in fatis hujus Episcopi exponendis commissos, peculiari libello emendavit *Luc. Hoffenius*, ab *Henr. Valelio* Theodorito, cujus curavit editionem, subjuncto. *Photius* πολυμαθής α]θ, ut multa alia prorsus egregia, ita etiam de hoc quædam Cod. XXVI. in literas retulit, non contemnenda. *Caveus* Sec. V. Nest.
p. m.

* (8) *

p. m. 250. potiora vitæ momenta sic satis exhibuit, quæ nec Du Pinio Biblioth. Eccles. T. III. p. 506. sunt prætermiffa. Hi sunt potiores vel fontes, vel rivuli, ex quibus hortulos suos irrigare vel poterit, vel debebit, qui uberiorem rerum Synefianarum explanationem defiderat. Quamvis nec id diffiteri queamus, super eſſe quædam vel prorfus intacta, vel accuratiore lima indigentia. Ita Synefium ætate non adeo profectum facra fidei myſteria, ejurato Paganifmo, amplexum fuiſſe, difcas ex Hymno VIII, quo Chriſto, Servatori, preces fuſurus ſupplices, ita inter alia canit :

ΣθένⓄ ἀρτεμέων μελῶν,
καὶ κῦδος ἐπ' ἐργμασι
Νεότητι νέμοις ἐμῶν,
Λιπαρὸν δὲ Φέροις ἐτⓄ.

*Robur integris artubus
Et gloriam factis
Juventuti da mee,
Letum affer ævum*

Unde conſequitur, falſos eſſe, qui putant, Synefium profefſione nondum Chriſtianum, nec Chriſti militiæ adſcriptum, amplifſimo Epifcopatus muneri eſſe ad motum. Sicuti, nec illi ab erroris ſignificatione immunes eſſe videntur, qui librum de Providentia a Synefio, nondum ad fidem converſo, ſcriptum putant, majori eruditione reſertum, & rarioris ſcientiæ apparatu inſtructum, quam qui a juvene proficiſci poterat, aut expectari. Quid? quod publicæ calamitates, in præſentatione non obſcure commemoratæ, reſpicere videantur miſerias illas, quibus Cyrene, bello implicita, miſere concutiebatur. At eo tempore dudum in Epifcopum evaſerat Synefius, qui, ut patriæ conſuleret, nocturnis excubiis diſponendis occupabatur. Conf. Epif. XLI. Imo Tauri, Romani, ætas, cujus ibidem mentio injecta, rem extra dubitationem ponit, de qua alia occaſione, Ⓞεὶ δίδοντⓄ, diligentius commentabimur. Nec obſtat,

obstat, multum in eo libro tribuere Synesium Chaldaeorum Teletis, mysteriisque Ægyptiorum. Horum enim vestigia in ipsis Hymnis occurrunt, quos a manu Synesii, Christiani, expolitos esse, nemo negaverit. Usus fuisse Nostrium uxore, femina optima, formaque liberali, castissimaque, Hymnus tertius condocet, quo ita virtutes ejus dilaudat:

Ερίηρ, ὁμόφρων	<i>Charissima, unanims,</i>
Κρυφῶν ἀδαημων	<i>Furtivi ignara</i>
Οράων ἀλοχ.	<i>Congressus uxor.</i>

Eam Servatori etiam nomen suum dedisse, discas ex Epist. CV, ubi monet, *ιεραὺν χεῖρα* Theophili, Episcopi Alexandrini, Viri vel ex litibus, quas cum Chryostomo aluit, satis noti, uxorem sibi junxisse. Suscepit ex Eadem duos filios, *συναρίδα τεκέων*, quorum unum cum fatum immaturius abtulisset, ita immoderate Ejus jacturam ferebat Pater, ut parum abesset, quin violentas sibi intulisset manus. compara Ep. LVII & LXX. (a) I-tane Episcopus omnem sanæ rationis usum abjecit, aut

B in

(a) Cleombrotum quendam mortem sibi, lecto Platonis Phædone, conscivisse, Veterum plures testantur apud Cel. Fabricium B. G. L. III, c. I, §. IV. Catonem post perlectum eundem librum se hoc crimine obstrinxisse, docent Florus L. IV, 2. 71, & Auctores ab Interpretibus ejus allegati. Plato tamen ipse dissentit in Phædone: *ὡς ἐν τινι φρεσῶν*, inquit, *εἰ μὲν οἱ ἀνθρώποι, καὶ εἰ δὲ εἰ αὐτὸν ἐν ταύτης λυέν*, perinde ut Pythagoras, qui negabat, homini citra Imperatoris jussum de statione demandata discedendum esse. At Plotinus integro libro *περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς, de exitu rationali*, Enneadis L. I, 9 Stoicorum sententiam vel emoluit, vel propugnat, quos docuisse, sapientem *ὑπὲρ Φίλων αὐτὸν βίη ἐξάγειν* posse, Diogenes L. VII, §. 130. refert.

in primis doctrinæ Christianæ elementis rudis, & hospes est? ut ob obitum filii mortem sibi accelerare voverit, quem Imperator summus de statione sua discedere jufferat, quemque non amissum, sed præmissum fuisse, facile nosse poterat? Itane in calamitate non adeo magna trepidat, & angitur? qui tantam constantiam in persequendis hæreticis præ se ferre, videri volebat, magnumque fervorem in excommunicando Andronico comprobabat, nisi forte hæc ab audacia Synesii, honorisque cupiditate, &, quæ cum hac conjuncta esse solet, iracundia derivare malis; ubi ego quidem non refragor. Novi enim sanguinis temperamentum, quo instructus fuit Noster, tale fuisse, quale Sanguineo Cholericum appellare Viri docti consueverunt. Sanguineum eum hominem esse, nemo negaverit, qui laborem molestiorem, qualis Episcopatu adhærebat, vehementer deprecatus est, in curiosis magis, quam utilibus addiscendis tempus & operam insumpsit, ut Synesius, qui venationi, canibus, equisque alendis, conficiendis hydroscopiis &c. vacabat, *παθίων ἀπόσμων ὄρωγ*, libidinum impetu fædo, laboravit, quod de se ingenue professor Vir candidus Hy. II. p. 318. (β) & præterea nihil magis in votis

(β) Opportune hic in mentem venit, meminisse Platonis, quem Stanlejus Hist. Philos. P. IV, c. XI, p. 309. ed. Lips. in Cœlibatu castæ, sobriæque remansisse, affirmat. at contrarium testatur Aristippus apud Diogenem L. III. §. 29. Impurosque amores suos satis luculenter exponit ipse Plato in Variis Epigrammatibus, fuis in significationem passionum suarum. Ita in laudes Archæanassæ, Colophonix, meretricis ita aliquando ludit:

Ἀρχαίνασσαν ἔχω τὴν ἐν κολοφῶνι ἐταῖραν
ἣς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ἕξεται ὄρωγ ἔρωσ. κ. 7. λ. Conf.
 Athenæus XIII, 6, & Menagius ad Laertium p. 150.

tis habuit, quam ut plurimos liberos, cœu conjunctis-
fimi sui amoris pignora, ex conjugio videre possêt, quod
Synesium fecisse, Ep. CV. p. 249. Op. docet. At Synesi-
um sui admiratione plenum fuisse, non dubitare sinunt
convitiolorum plaustra, quibus eos onerat, quos sibi dif-
sentientes habebat, odiosa laus generis sui, quod Tabu-
las publicas Cyrenensium ad ipsum Herculem referre,
ambitiose in Catastasi p. 302. gloriatur, alia id genus plu-
rima, & nominatim solemnes illæ preces, quas ita ad
Deum fudit, Hymno VI. p. 344.

πλάττω ἐν πενίᾳ ἀλαλιε κήρας, *Opum & paupertatis pro-*

pulsa incommoda,

ἔργοις κυδαλίμαν ὁμφάν ὀπάσαις. *Factis clarissimam fa-*
mam dato,

ἐν λαοῖς ἀγαθὰν ἀνοίγῃ φάμαν. *Inter gentes bonam pande*
famam.

Neque tamen nominis celebritatem mediis illegitimis
comparare laborabat, quod ii facere solent, quibus vo-
lupe est, alienis superbire plumis, plagioque erubescen-
do aliorum compilare scrinia. Hos justo Noster pro-
ferebatur odio, mitius illos peccare, ratus, qui demor-
tuorum vestes, quam qui eorum lucubrationes suffu-
rantur. Ep. CXLII. p. 280. τυμβορῶντας eosdem esse, cla-
mitans, in quos severe olim animadversum fuisse, ali-
unde novimus. (γ) Sicuti illud etiam laude in Synesio
dignissimum est, quod Reip. administrationem cum Sa-
cerdotio conjungere, temper recusaverit. Recte enim
concludit: διώκισεν, (lego sensu plano, perspicuoque διώ-
ρισεν) ὁ θεὸς τὰς βίβας. καὶ ὁ μὲν ἱερός, ὁ δὲ ἡγεμονικός ἀπεδείχθη.

B 2

(γ) De penis sepulchrorum effractoribus constitutis vid. *Se-*
neca L. IV. Controv. C. IV. *Kirchmannus* de Funer. Romani-
L. III, c. 26. *Saldenus* de U. & Ab, Libr. p. 169.

* (12) *

Separavit Deus vite genera. Unumque horum sacrum, alterum ad regimen, atque imperium constitutum est. Ep. LVII. contra Andronicum scripta, p. 198. Verum hæc tantum, ὡς ἐν ὀδῶ παρῆρα, dicta funto.

III

Duo potissimum momenta in Nostro laudatu digna videntur, alterum exquisita bonarum litterarum scientia, alterum sermonis nitor, multa cura expolitus, quo veluti condimento quodam abstrusissimis, altissimisque disputationibus decus feneratus est, & suavitate. (a) Cum enim præstantissimorum Oratorum ipsi ætate vel æqualium, vel superiorum exempla sibi imitanda proponeret Synesius, ingenii felicitate adjurus, fieri aliter non potuit, quin in ornamentum Seculi evaderet, dignusque crederetur, cui Provincia Oratoris Publici apud Arcadium Imperatorem ornanda demandaretur. Philosophiæ vero studium cum dicendi arte nexu arctissimo copulavit, idque non ea mentefecit, ut doctus

(a) Ita Photius Cod. XXVI. Σύνεσις τὴν μὲν Φεάσιον ὑψηλὸς, καὶ ὄγκον ἔχων - οἱ λόγοι χάριτι, καὶ ἡδονῆς ἀποσάξασι, μετὰ τῆς ἐν τοῖς νοήμασιν ἰσχύος, καὶ πυκνότητι. Exactum judicium, dignumque mentis Phoriana ἀγχινοία, nec ad imperitos homines referendum, qui incomparabile præstantissimi Viri opus interpolationibus suis male deformarunt. Multa enim in Collectaneis Ejus sunt, que non crediderim ab ipso Photio profecta esse, sed ab interpolatoribus ejus, qui temere sæpe, & absque ullo judicio quedam Auctorum loca, mutilato prorsus sensu, operi illi inseruerunt, ut prudenter monet Cl V. Ludolphus Kusterus in Not. ad Suidæ Lexicon T. II. p. 68. Quo observato, corruunt objectiones, quas ad elevandam Photii fidem, minuendamque Ejus auctoritatem, Viri docti attulerunt.

doctus videretur, & philosophiæ spoliis ornaret orationes, (β) quæ perversa multorum declamatorum consuetudo erat; verum ut veritatem cognosceret, & animum rerum præstantissimarum contemplatione demulceret. Neque tamen alium viæ ducem elegit, quam Platonem, cujus etiam disciplinam, incensus cupiditate discendi, eo excoluit studio, animique contentione, ut sublimissimas præceptoris cogitationes meditando affecutus esse videatur. Quamvis id neminem dubium tenere debeat, si forte Aristotelica quædam Platonice viderit intermixta. (γ) Prodiit enim ex disciplina illorum, qui Ammonii, Alexandrini, principiis innutriti, suam Philosophiæ restituebant speciem, duosque illos philosophorum principes *ἐν τοῖς ἐπιμαίσει, τε καὶ ἀναγκασιότατοις τῶν δογμάτων* recte inter se convenire, credebant, ut testis est *Hierocles*, ejusdem disciplinæ alumnus, apud *Luc. Holstenium* de *Vita Porphyrii* c. VII. Animati ita erant *Numenius*, *Plotinus*, *Origenes*, *Porphyrius* etiam, qui propterea integris Lib. VII. quorum nomen conservavit *Suidas*, ostensus erat: *μίαν εἶναι πλάτωνα, καὶ ἀριστοτέλους αἴρεσιν*. Qui tamen ingenii Porphyriani fœtus temporum injuria periit, æque ac illud *Boethii* de eodem argumento monumentum, si ultimam manum hoc expertum, nec potius inter affecta fuerit referendum, de quo alii dubitant, neque ego habeo, quod certo affirmare possim. Hæc vero omnia ita nolim accipiuntur, ac si Platonem deseruerit Ammonius, & Stagiritam eodem, quo illum loco judicari habendum. Non enim alio consilio Lyceum in consilium vocasse videtur, quam

B 3

ut

(β) conf. Clericus Art. Crit. P. II. S. I. c. XVII. §. V. & Observat. Hallenf. T. I. p. 216.

(γ) Cicero jam olim L. I. Quæst. Tuscul. Nihil inter Peripateticos, & veterem Academiam differbat.

ut Academiae honorem vindicaret, (δ) erroremque nonnullorum rejiceret, qui controversias contra Aristotelem magis ostentatione, & contentione animorum, quam cura veritatis agitabant. Neque porro illud fraudi cuidam esse debet, si deprehenderit, ipsa fidei capita non raro a Nostro Philosophiae nomine insigniri. Meminisse enim juvabit, priscos Ecclesiae doctores voces *φιλοσοφία*, & *φιλοσοφείν* tum de studio sacrarum rerum, tum de religione Christiana efferre, non dubitasse, hac, ut puto, de causa, quod nondum consuetudo invaluerit, Philosophum a Theologo distinguendi. Loca eorum hanc in rem multa reperuntur, quae operose congefferunt *Jo. Casp. Suicerus* Theol. Eccles. voce *φιλοσοφία*. *Rittershusius* ad *Salvianum* p. 480. b. *Kortboltus* de *Philosophia Barbarica* p. 2. seq. & *Celeb. Dn. D. Reichenbergus* in disput. *An paucis sit Philosophandum?*

IV

Multis vero argumentis inducitur, statuimus, Synefium perpetuum, germanumque Platonis sectatorem fuisse, pariter ac admiratorem. Diserte id ipse testatur in *Dione* p. 50. (α) porro in praefat. ad *Insomnia*, & alibi passim. Praeterea res luce sua radiare videri poterat, confidenti, Synefium non modo in sententiis Platonis, ῥητῶς,

& cum

(δ) Ita de *Plotino* pronunciat *Porphyrus* in *Vita* Ejus C. XIV. *ἐμμέμικται ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἡ τὰ Περιπατητικά. - καταπεπύκνωται ἡ ἢ μετὰ τὰ φυσικά λεγόμενης πραγματεία - τὸν ἀμμωνίᾳ φέρων νῦν ἐν ταῖς ἐξετάσεσιν.*

(α) Libellus ille non aliò consilio videtur scriptus, quam ut Socratis, & Platonis praeceptiones de legitimo eloquentiae usu contra importunos Rhetorices, & Philosophiae ofores vindicaret. docet hoc operis argumentum, Ep. CLIII. expressum, quae ad τὴν φιλοσοφίαν est exarata.

* (15) *

& cum laude commemoratis, acquiescere, cujus rei exempla habes Ep. XXX. p. 177. Op. in Dione p. 51. & ubi non? verum etiam usum fuisse institutione *Hypatiæ*, scæminæ nobilissimæ, & Philosophæ multis nominibus commendandæ. Patrem ea nacta *Theonem*, virum doctissimum, quo præceptore usâ, ita in litteris profecit, doctrinamque suam novis accessionibus locupletavit, ut sola digna videretur. quæ succederet in scholam Platoniam, a Plotino Alexandriæ deductam. Fidem hinc facit *Socrates*, testis gravis, & locuples, Hist. Eccles. L. VII, c. 15. &, qui ex hoc fonte rivulos suos confectatur, *Nicephorus* L. XIV, c. 16. nec præterit elegantissimus *Menagius*, vindex honoris, quem sequior sexus ex tractatione Philosophiæ retulit, præstantissimus in differt. de *Mulieribus Philosophis*, tum seorsim edita, tum Notis Ejus ad Diogenem in Editione Meybomiana subjuncta, p. 494 seqq. Omnes hi doctrinam scæminæ ornatisimæ luculenter exponunt, quam vereor, ne magis adulatorie, quam vere laudaverit *Auctor Vetus* Epigrammatis, Anthologiæ L. I. Tit. *Εἰς σοφίαν* reperiundi, quod hic ut repetatur, cum bona Lectoris, spero, gratia fuerit conjunctum.

Ὅταν βλέπω σε, προσκυνῶ καὶ τὰς λόγους,
 τῆς παρθένου, τὸν οἶκον ἀστέρων βλέπων.
 εἰς θρανὸν γὰρ ἐστὶ σὺ τὰ πρᾶγματα,
 ἵπκατῖα σεμνῆ, τῶν λόγων εὐμορφία,
 ἄχραντον ἄστρον τῆς σοφῆς παιδείσεως.

Quos versus elegantissimos Vir summus, Hugo Grotius, Latine ita convertit:

Colat necesse est litteras, Te qui videt,
 Et virginalem spectat astrigeram domum.
 Negotium namque omne cum cælo Tibi,

Ἥπα-

*Hypatia prudens, dulce sermonis decus,
Sapientis artis fidus integerrimum.*

De indignissimo mortis genere, quæ errore imperiti Cleri subeunda fuit mulieri infelici, & meliora fata promeritæ, vide præter laudatos *Caveum Histor. Litter.* p. m. 251. Hanc vero cum διδάσκαλον, ἢ μητέρα Ep. XVI διδάσκαλον τὴν σεβασμιωτάτην ad Pœonium p. 310. nec non δέσποιναν μακάριαν Ep. X. titulo solenni, cujus germanam significationē doctissime eruit, Vir præstantissimus, *Berub. Montfauconius Paleographie Græca* L. III, c. 8. p. 251. aliisq; id genus nominibus honorificentissimis appellat Synesius, tum de veritate asserti nostri testatur, tum minime dubitare finit, arctissimam animarum, studiorumque inter utrumque fuisse conjunctionem, quæ aliunde oriri vix poterat, quam ex similitudine disciplinæ, ab utroque excultæ, nempe Platonicæ. Si libuerit, in auctoritate *Nicephori*, *Grægoræ*, Patriarchæ Constantinopolitani, & Interpretis libri Synesiani περὶ ἑνυπνίων solertissimi, acquiescere, res penitus perorata fuerit. Hic enim Synesio passim Platonismum tribuit, & in primis p. 357. Op. Synes. λιρσιδῆτης, inquit, τὸ Πλάτωνός ἐστιν ὁ συνέσιος, ἢ ἕτω τῆς ἐκείνης γλωττῆς ἐξήρηται, ὥστε ἔμόνον τῶν ἐκείνης δοξῶν τὰς πλείους ἐς ἄκρον ἐξεμελέτησεν, ἀλλὰ κ. τ. λ. Ita post hunc omnes, harum rerum non imperiti, judicarunt, quorum tamen loca nolumus otiose cumulare. Soli *Balto* contrarium placuit, cujus auctoritati, levi admodum, & exigui momenti, si fidem, & consensum tot testium gravissimorum opponeremus, ulteriori labore facile supersedere possemus, quem tamen libentiori animo in nos suscipimus, quo magis de occasione subnata lætamur, in placita *Synesii* inquirendi. Ubi quidem intra eos nos continebimus limites, ut ordine, sponte se offerente, *Synesii* fen-

sententias cum *Platonis* cogitatis ita comparemus, ut quid de Philosophia illius judicandum sit, non difficulter appareat.

V

Dicendi hic initium faciemus a prima Philosophiæ causa, quam Deum esse, grata Noster profitetur mente Hy. III. p. 330. Deum ἀγνάς σοφίας πατέρα & παγάν appellans, perinde ut Plato, cujus hanc in rem verba ex *Timæo* p. 484 allegabimus: εὐ μείζον ἀγαθὸν ἐτ' ἤλαθον, εἴθ' ἤξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει, δασηθὲν ἐκ Θεῶν, ἢ Φιλοσοφία. Secundariam autem, eamque impellentem non aliam agnoscit Noster, quam admirationem, ortam ex ignorantia causarum. Quam sententiam ita arripit *Synesius*, ut propterea discipulos θαυμασομένους appellet in *Dione* p. 57. & τὴν πολυπραγμοσύνην γνώσεως inter causas Philosophiæ referat p. 42. Op. illumque omnis scientiæ apicem attigisse contendat, ὅταν μηδὲν τῶν ἀνθρωπίνων θαυμάζη Ep. cxxxix. p. 277 Op. Non aliter *Plato*, cujus nota in *Theæteto* vox est p. 74. Op. Ed. Græcæ, quæ ex officina *Jo. Valderi* An. 1534. prodiit, qua negat, ἀλλὴν ἀρχὴν Φιλοσοφίας εἶναι, ἢ τὸ θαυμάζειν, τὸ τῶ Φιλοσόφῳ πάθῳ. Laudat hanc *Platonis* sententiam, calculoque suo comprobatur *Clemens Alexandrinus*, Philosophiæ Platoniciæ studiosissimus, *Op. Stromat.* L. II. p. m. 380. Ed. Col. Hauserat hæc *Plato*, ut multa alia (α) a *Pythagora*, quem, *Plutarchus* testis est

C

in
(α) Libenter utimur testimonio *Pythagoræ*, partim quia *Plato* Italicam Philosophiam secutus est, testibus *Diogene* L. III. §. 8. *Pseudo* *Origine* in *Φιλοσοφούμενοις* p. 3. *Hefychio* III. &c. partim, quod recentiores *Platonici* *Numenius*, *Origenes*, *Hierocles*, &c. *Pythagoram*, & *Platonem* eodem loco habuerunt, & utriusque disciplinam commentariis illustraverunt suis

in lib. *περὶ ἀκρίβειαν*, gloriari solitum fuisse, se τὸ μηδὲν θαυμάζειν, ceu pulcherrimum fructum ex Philosophia percepisse. Neque tamen intra solos scholæ Platonice finēs se continuit hæc opinio, quæ reliquas etiam Philosophorum sectas pervagata est. Ita *Aristoteles* ratione non dissimili L. I. τῶν μετὰ τὰ Φυσικὰ c. 2. διὰ τὸ θαυμάζειν, οἱ ἀνθρώποι καὶ νῦν, καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν κτλ. Quem vero Stoicorum præterire potest ostentatio? qui ἀθαυμασίαν suam, & τὸ ἀθάνατον ubique crepant, & magnifice extollunt. Compone invicem *Antoninum* L. I, §. 15. εἰς ἑαυτὸν, & *Arrianum* L. I. c. 29. & vide, quæ ad Antoninum *Gatakernus* commentatus est. Epicuro idem placuisse, fidem faciunt, a *Cassendo* T. I. Op. p. 7. doctè disputata. Operæ pretium præterea fuerit, de eodem argumento adire *Jo. Schefferum* de *Philos. Ital.* p. 54. & *Menagium* ad *Laertii* L. VII, §. 127. Hinc ad subiectum, vel hominem, Philosophiæ operam navaturum, descendimus, ubi accuratum adhibere jubet examen *Synefius*, non enim omnes Philosophiæ studio idoneos esse, censet. Requirit vero in eo, qui dignos labore progressus facere cupit, καὶ καὶ πρῶτην φύσιν, egregiam, & excellentem indolem, in Di. p. 49. εὐψύλιαν καὶ εὐμοιρίαν de *Provid.* p. 90. φύσιν φιλόμουθον p. 42 & 90 Op. animum veritatis cupidissimum passim, atq; contemplatione delectantem. Ep. XI. & alia id genus βασιανιστήρια, ex penu *Platonis* deprompta. Quod si interpretationem harum notarum inspicere cupias, adeundum oppido svaserim *Platonem Politic.* L. VI. p. m. 443. ubi postulat a suo, ut sit φιλοθέωρος, ζητητικὸς, φιλόπονος, nec exili ingenio instructus, præter alia multa γνωρίσματα, quæ latius ex mente *Platonis* persequitur *Themistius* Orat. XXI, βασιανιστήριον sive explorator inscripta, nec præterit *Alcinous* in
Line-

Lineamentis Doctr. Plat. c. I. apud Stanlejum P. IV. Hist. Philof. p. 326. exemploque Porphyrii illustrat Luc. Holsternius Libri antea laudati c. VI. Ceterum Φιλέμυθον Φύσιν in philosopho ipse Aristoteles requirebat L. I. Metaph. c. 2. in cujus effati rationes docte inquirat Cel. Buddens peculiari disputatione, Analectis Ejus Hist. Phil. p. 46 f. inserta. Fabularum enim vel eo nomine amator Philosophus esse debet secundum Synefium, in Præf. ad Infomnia p. 132. Op. quia Platonicum institutum est: ὑπὸ πρῶτου Φαυλοτέρως ὑποθέσεως κρύπτειν τὰ σπαδαῖα. aut, quia ὁ μῦθος Φιλοσόφημα τῶν παιδῶν ἐστίν. de Provid. p. 90.

VI

Inter alia *Plato* otium tranquillum, & cessationem a laboribus βαναύσοις, æque ac intermissionem officiorum publicorum recte Philosophaturo commendabat, perinde ut *Socrates*, qui σχολὴν ὡς κἀκείνων τῶν κτημάτων laudabat apud *Diogenem* L. II, §. 31. *Synefius*, ut incommoda evitaret, quæ muneris publici administrationem non possunt non comitari, splendidum otii litterarii nomen prætendebat, σχολή, inquit Ep. XCIX. μέγιστον ἀγαθὸν, ἢν ἀν εἴποι τις, ὡς περ χῶραν πάμφορον ἀπαντα φέρειν τῇ τῷ Φιλοσόφῳ ψυχῇ. Vide, quæ eandem in rem Ep. LVII. p. 193. disputat. Ita tamen utebatur otio, ut contemplationi eo melius vacaret, cum alias non abs re iudicet *Ennius*, a *Gellio* conservatus L. XIX, 10.

Otium qui nescit uti, plus habet negotii,

Otium minus, quam cum est negotium in negotio &c. *Maximus Tyrus*, Vir diligens & Differt. VI. hoc otium ex mente *Anaxagoræ* ita commendat: ἡ σχολή, ἀληθείας μελέτη, καὶ τέχνη λόγος, καὶ βίωσις βίη, καὶ παρασκευὴ ψυχῆς κ. τ. λ. Hæc proinde sententia *Synefium* a cura re-

ra rerum civilium prorsus avocabat, id quod de se profitetur Ep. CV. ἀμοιβῶ πολιτικῆς φροντίδος ἢ φύσει, ἢ μελέτη. quo ipso nobilissimos Philosophos imitatus est, & longe principes, qui a negotiis publicis se removerunt, & ad otium confugerunt. (α) Quare omni forensi occupationi philosophiam anteponebat Noster Ep. CIII. p. 241. memor forsan consilii Platonis, quo affirmat in Theæteto, τὸς ἐν ταῖς φιλοσοφίαις πολλὸν χρόνον διατηρούστας, γυλοῖς φέρουσαι ῥήτορας εἰς τὰ δικαστήρια ἰόντας. Imo hoc argumentum allegat Synesius, cur oblatam Episcopatus dignitatem accipere non posset Ep XV. p. 247. vereri se enim, ne multa tædia cum munere illo conjuncta sint. Ubertatem ingenii Plato singulari oris facundia exprimebat, ita ut ἀπὸ πλατύτητος τῆς ἑρμηνείας nomen suum accepisse, nonnullis videatur, & inter eos *DuPorto* in prælectionibus ad Theophrastum p. 179. Ed. ult. Needhamianæ, judicium suum confidentius magis, quam verius interponenti. Reclamant enim alii apud *Diogenem* L. III. §. 4. & *Menagium* p. 137. qui ἀπὸ τῆς ἐπιξίας, & ἀπὸ τῆς πλατύτης εἶναι τὸ ἑρμῆ nomen Platonis repetere malunt. Quicquid vero hujus fit, recte sensit *Auctor* Epigrammatis, Anthol. L. I, c. 86. inferti, quando Platonem ἁπλῶς ἐν γλώσσῃ εἶμα φέρεταιον appellat, cujus judicio ex recentioribus accedit *Nic. Cassianus*, qui ad egregias mentes oblectandas eloquentia Platonis nihil efficacius arbitratur L. X, c. 1. de Eloquent. Sac. & Prof. p. 577. (β) Quamvis nec id prætereundum sit, quod

(α) Ita Cicero L. I. de Offic.

(β) Plato non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus *Auctor*. Cicero de Orat. c. 3. Ἐυγλωττίαν Platonis etiam laudat *Ælianus* V. H. L. X, c. 21. & L. XII, 45. Examen apud in ore Ejus aliquando refedisse, ad designandam oris facundiam

quod jam pridem *Eusebio* Præp. Evangel. L. XIV, c. 15. observatum fuit, Platonis dictionem ad Philosophiam tradendam minus esse idoneam. (γ) Commendabat non tantum vehementer Plato eloquentiam, verum etiam eam ceu officium proprium Philosopho suo imperabat, ut recte pronuntiavit *Alcionus* C. III. lib. laud. præter alios, quos in re clara operose allegare superfedemus, unde contigit, ut inter Rhetoras *Aldinos* non pauci, Platonis sectatores, compareant. Ita quoque *Synesius* noster allaborabat, ut de quovis argumento prompte, eleganter, & copiose disputare posset, consilium, disciplinamque secutus *Dionis*, ob aureum dicendi genus *Chrysofotomi* dicti, in *Dione* p. 40. seqq. quo labore ita feliciter defunctus est, ut disertissimi oratoris munia impleverit in sermone illo, qui quasi torrens ferebatur ad *Arcadium*, teste locupletissimo, tum de eloquentia *Synesii*, tum prudentia *Ejus*, quarum illa verba suggererat, hæc monita interspergebat, ad *Rempubl.* salutari- ter gubernandam utilia, non tamen alia, quam quæ *Plato* aliquando a sapiente suo efflagitasse videbatur. E- adem ratione filium instruit in *Di.* p. 42. seq. ut præter contemplationem rerum mature differendi artem ad- discat, ita enim vitam activam melius successuram esse. Quo ipso non obscure commonstravit, impen- se se favere institutis Platonice. Uti vero *Sophistas* lufos a *Socrate*, e *Platone* intelligimus, (δ) huncque novimus

C 3

ipsum

diam, referunt *Olympiodorus* in *Vi. Plat.* & *Valerius* L. I, c. 6. p. m. 77. Ed. Hack.

(γ) Conf. *Vossium* de Sect. Philos. p. 73. & *Saldenum* de U. & A. Libr. p. 117.

(δ) Imo etiam ex *Plutareho*, qui de *Socrate*: τὸν τύφον, ὡσπερ
καπνὸν τινα φιλοσοφίας εἰς τὰς σοφίας ἀποσκηδάσας.

de

ipsum operam suam collocasse in defricandis, refellendisque Sophistis, (ε) ita nec hic deserit Praeceptorem Noster, quippe qui gravissima oratione invehitur (ζ) in τὰς κληδύνας ἀνθρώπων τῶν κάλλει τῶν ὀνομάτων p. 36. Op. seq. Ille fucum λογοδαδάλων ostendebat, phalerasque artificiose detrahare callebat; Hic constanter negat, verba liberius ad oblectationem aurium fingenda, aut variis ornamentis esse distinguenda. Ipse quidem se in causis perorandis summis, infimisque infervisse dicit Ep. LVII. Longe tamen se removet p. 55. Op. a Rhetoribus, tum quæstus causa in foro, tum propter ostentationem in Theatris declamantibus, quos δημολόγους esse δάλας τὰς δημοσίους, ἢ πᾶσιν ἐπικεμένους cum Platone condocet. Cujus ex mente id discriminis inter Philosophum, & Rhetorem intercedit in Theæteto p. 80. quod homo a puero foro adsuetus, sit instar servi inter homines *liberos*

de Genio Socratis. T. II. Op. p. m. 580. compara etiam Antoninum εἰς ἑαυτὸν L. VII, §. 66.

- (ε) Pythagoras ita efficaciter loquebatur, ut *populum Crotonensem, in luxuriam lapsum, auctoritate sua ad usum frugalitatis revocaret.* Neque tamen ad regulas artis, aut Loc. Top. præscriptum orationes suas elaborabat: Epitomen Rhetorices Pythagoreæ dabit Justinus L. XX, c. IV. & Claudianus de Consulatu Mallii Theodori v. 156.

*Annon Pythagoræ monitus, annique silentes
Famosum Oebalii luxum pressere Tarenti?*

- (ζ) Ipse tamen Synesius ab eloquentia Sophistica parum aberat: Philosophus, uti videtur, μέχρι τῆ λέγειν, ἀνεὺ τῆ πρᾶττεν, de quo Gellius Noñ. Attic. L. XVI, c. 19. Verum id non mirum in Dionis sectatore, hunc enim Sophistarum numerum augere, dudum agnoverunt Eruditi, quamvis longo & gravi sermone contra Sophistas Or. IV. & XI. declamet.

* (23) *

liberos educati, ei tempus dicendi semper deest, urget enim aqua destillans, Philosophus nunquam otio caret, & tempore, ad sermones jucunde miscendos. &c.

VII

De fine Philosophiæ ex Sententia Synesii brevibus ante dispiciemus, quam ad reliquos recessus pandendos contendamus, quem doctrinæ causa in ultimum dispescimus, medium & propiorem. Illum Synesius exprimit p. 50. Op. ubi diserte contendit, Philosophum ἐπὶ θεὸν ἐπιστρέφειν, in ipsum Deum evadere, & ita ei assimilari, ut vel nihil, vel parum perfectioni deesse videatur. In compendium mittimus, quæ magnifice admodum. p. 133. Op. de sapiente gloriatur: ὁ σοφὸς, inquit, οἰκείῳ τῷ θεῷ, ὅτι πειράται σύνεργος εἶναι τῇ γνώσει-τῇ νοήσει τὸ θεῖον ἐστίαται. Manifesta Academiae vestigia, quæ propterea, cum neminem præterire vel possint, vel debeant, tetigisse tantum sufficiat. Pythagoram ita statuisse, *Job. Schefferus*, multis Veterum testimoniis munitus, egregie comprobat in libello, bonæ frugis plenissimo, de *Philosophia Italica* p. 42. seq. cui junge *Balium* T. III. Di& Histor. Crit. p. 2446. b. Platonis sententiam a Pythagorica non multum diversam, vide integro Dialogo, qui *Philebus* inscribitur (a) cujus sensum bene affecti sunt Laertius L. III. §. 78. & 63. Clemens Alexandrinus Strom. L. II. p. m. 417 f. & 403. Stobæus Eclog. L. II, c. 3. & Pseudo Origenes in Philosophumenis p. 127. scopum scilicet ultimum omnis beatitudinis ex Philosophia

(a) Plato noster nihil ab hac secta vel paullulum devius Pythagorisa. ita Apulejus Florid. L. II. prope finem. Bene Aristoteles L. 1. c. 6. Metaphyf. Πλάτων πολλαῖς τοῖς πυθαγορείοις δόγμασιν ἀκολουθεῖ.

phia hauriendæ, esse τὴν ἰσομοίωσιν τῷ Θεῷ. Quamvis ad Pythagoram Noster accessisse propius videatur, quam ad Platonem, qui fini allato κατὰ τὸ δυνατόν, ceu restrictionem quandam, & temperamentum adjecerat. Plotinum, uti videtur, & Hieroclem secutus, quorum ultimus in Præf. ad Commentarium suum in χυρσὰ ἐπιποθαγῶρες comprobat opinionem, qua statuitur: πρώτῳ ἀνθρώπου δὲ γενέσθαι, καὶ τῷ Θεῷ, de priore vero illo refert Porphyrius in Vita Eius Cap. XXIII. Ἄντῳ σνοπος ἦν, τὸ ἐναθῆναι καὶ πελάσσαι τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ. Operæ pretium non infructuosum esset, cognoscere ulteriorem harum rerum explicationem, verum ita præter expectationem jam excrevit disputatio, ut nobis non nisi brevioribus liceat hic esse, ad alia, magis necessaria, perrecturis. Hujus ultimi finis ut potiretur Noster, opus erat intermediis quibusdam, quos Synesius ad exemplum Platonis docet esse *veritatem & contemplationem*. Atque priorem quidem toties inculcat, quoties vel alios ad curam venandæ veritatis excitat, vel contemplationis mentionem facit, quam non otiosam esse vult, sed ex veritatis cura susceptam, uti requirebat aliquando Jamblichus L. I, c. 12. Ex innumeris fere locis, quibus tum θεωρίαν commendat Synesius, tum se φιλοθεάμοια esse profiteretur (a), unum tantum allegabimus, qui Hymn. III. p. 333. Op. occurrit:

Ἴδε με ζωῆς
 Νοεραῖς Ταμίαι,
 Ἴδε σὰν ἰκέτιν
 Ψυχὰν ἐπὶ γαῖς,
 Νοεραῖς ἀνόδοις
 Ἐπιβαλλομένην.

*Respice me vitæ
 Intellectualis Arbitr
 Respice tuam supplicem
 Animam in terris
 Intellectuales ascensus
 tentantem.*

(a) Ita se vitam ἐν τῇ κατὰ φιλοσοφίαν χολῇ, καὶ θεωρίᾳ τῶν ὄντων transegitte, testatur Synesius Ep. XI.

Σὺ δὲ λάμπρον ἄναξ
ἀνάγωγα Φάη
ἠερεὶ κῆρα διδῶς.

* (25) *

*Tu autem illustra, o Rex,
caelum affertantia lumina
alas leves prebens.*

Lucem hūcce obscurius dictis scenerabimur ex Pythagora, & Platone. ζῶαν ergo Νοεγάν ideo vocat, quia Philosophus χωρεῖ διὰ τῶν ἀσωμάτων, καὶ Νοητῶν, τε καὶ ἀιδίαν apud Jamblichum in Protrept. c. XXI. & ἀποδείκνυται τὴν τῶν καλλίστων θεωρίαν, Monitore Eodem in vita Pythag. C. XII. vel ut ipse Synesius fidem facit de Provid. p. 128. ποθ' ἀγώγας τον σοφόν, ἀλλ' ἐδὲν Φησὶ, ἢ θεάμονα τῶν ὄντων. Compone inter se Schefferum l. I. p. 60 sq. Gatackerum ad Anton. L. VII. §. 47. & Belium T. III. Diction. H. C. p. 2446 seq. Platonis mentem affecutus est Galenus de Usu Part. L. III, c. 3, cujus propterea testimonio utemur. θεῶδα' τστ' ἐστὶ, τὸ ἀνω βλέπειν (Φάη ἀνάγωγα, ἀνοδοὶ Νοεγάν) καὶ ἐπισκοπεῖσθαι τῷ νῷ τὴν τῶν ὄντων φύσιν. Ubi id simul necesse est, ut moneatur, γὰ ὄντα a Platonicis opponi τοῖς ἀίδητοῖς, nec aliud ipsis esse, quam γὰ νοητά. Cetera enim tantum δόξας φαντασίας εἶναι, ψευδῆ, μιμήματα τῆς ἀληθείας cum profestis Pythagoræ, & Platonis sectatoribus, non obfure docet Noster in de Insomn. p. 136 seq. Hinc Alcino- us, sæpe nobis laudatus, L. I. ea, quæ revera sunt, explicat, per ea, quæ intellectu percipiuntur p. 326. Histor. Philos. Stanleji. Quid vero impedit, quo minus ex ipso fonte facem Synesio præferamus? Ita ergo Plato in Phædro p. m. 203. Auctor, hortatorque est, ut semper Philosopherus ascendat in contemplationem τῶν οὐρανῶν, id- que laboret unice, ut vinculis soluta anima evolet, nec λήθης καὶ κακίας πληθεῖσα retineatur. quæ occasionem dedisse, credo, Isidoro cuidam apud Photium Codice CCXLII. Platonis animam ἐπτερομένην fuisse, arbitran- di. Ex hoc scopo alius paulo prior sive finis, sive

D

fructus

fructus Synefio subnatus est, nempe liberatio ab omni
 ἑλικῆ προσπαθεία in Di. p. 50. Op. liberatio a vinculo cor-
 poris Ep. cxxxī. & κάθαρσις de Prov. sapius. Audiamus in e-
 andem sententiam Hieroclem & Porphyrium, interpre-
 res Philosophiæ tum Italicæ, tum Platoniciæ præfan-
 tissimos. Ille non procul ab initio Comment. in A. C.
 Φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρώπινης κάθαρσις, καὶ τελειότης. κάθα-
 ρσις μὲν ἀπὸ τῆς ἑλικῆς αἰολίας κ. τ. λ. Locus enim longior
 est, quam ut hic adponi queat. Hic de Vita Plotini C.
 XXIII. omnes illos fines deprehendisse sibi in Plotino
 videtur, in primis τὸ ἀπαλλαγῆναι, πικρὸν κῆμ' ἐξυπαλίξαι.
 ex amara cruenta hujus vite unda emergere, interprete
 Marf. Ficino. Illustris in primis locus est apud Synefi-
 um, Ep. CXXXI. p. 268. Op. quo mentem suam luculen-
 ter exhibet: δέησαν δὲ ἀποθνήσκειν, ἐνταῦθα τὸ φιλοσοφί-
 ας ὄφελος, τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι δεῖν ἀναχωρῆσαι τῷ θυλακί-
 τῶν κρεῦλλίῳ. Si mors obeunda est, tum vero utilis Philoso-
 phia est, minime ut acerbum videatur, ex hoc carruncula-
 tum sacculo discedere. Corpus perinde ut Anaxarchus
 (a) nomine, ignominia pleno, θυλάκιον appellat, προ-
 θυμία autem vita excedendi, quam a Philosophiæ stu-
 dio sibi promittit Episcopus, Academiam præ se fert,
 Socratisque, & Platonis redolet scholam, a qua etiam
 Stoici ostentationes suas ridiculas acceperunt, Locum
 e Pla-

(a) Celebratissima Anaxarchi vox est, & a multis Veterum
 scriptorum laudata, qua in mortario positus, piloque con-
 tundendus, subinde exclamabat: γίγισσε, γίγισσε τὸν κνα-
 ξάρχη θυλάκιον, κνάξαρχον δὲ εἰ γίγισσε. Laertii ele-
 gantissimum Epigramma vide L. IX, 59. evolve etiam
 Dionem Pruseum Or. XXXVII. Plura Veterum testimo-
 nia de Anaxarchi obitu vide collecta ap. Menagium ad
 Laertium p. 424. & Gatakerum ad Antoninum p. 251. Ed.
 Holl,

* (27) *

e Platone ipso jam antea attulimus, cui jungere quam plurimos alios ex *Symposio*, *Philelpho*, & reliquis Dialogis possemus, nisi alia agenda superessent, & hæc luce sua radiare, viderentur.

VIII

Accedemus jam propius, Synesiumque de Deo, Philosophice considerato, disputantem audiemus. Illam enim facultatem nobis non tribuimus, ut in doctrinam Nostri de Trinitate, quam ex S. litteris hausisse, & de qua recte sensisse, doctissimo Θεολογούμενων Synesii Scriptori p. 23. videtur, inquiremus. Initium dicendi ab unitate Dei faciemus, quam admittit Noster, dum Deum non nisi unum, supremumque, eundemque hujus rerum universitatis Conditorem esse, graviter in Hymnis inculcat, nominatim Hymno IV. qui totus eo fere comparatus est. Proinde Deum appellat p. 336. Op.

Πατέρα αἰώνων

Patrem seculorum

Πατέρα ἀφθέγγτων

Patrem ineffabilium

Νοερῶν κόσμων κ. τ. λ.

Intellectualium mundorum.

& Hymn. III. p. 320.

Νοερῶν Νεῖ

Mentium parens meus,

Πνευματοεργέ-

Spirituum opifex,

Ἐν δ' ἀπάντων,

Unum autem omnium

σπέρμα τῶν πάντων.

Semen omnium

Παγὰ παγῶν

Fons fontium

Ἀρχῶν ἀρχῶν,

Principiorum principium.

Quo ipso unitatem Dei adstruit, omniaque ab hoc Numine profecta esse, aut dimanasse potius contendit, de qua sententia excutienda uberius dicendi occasio inferius recurret. Inutilis esset labor, si eandem mentem

D 2

Socrati

Socrati infediffē, comprobare vellemus, quam doctē adstruxerunt *Menagius* ad Laertium p. 92 seq. Fr. Matth. Le Vayerius de Virtut. Ehrnic. & R. Cudworthus in System. Intellect. p. 399. Major vero difficultas suboritur, ubi de Platonis sententia iudicium ferendum est, quæ perorata videri poterāt, si illi dicto Platonis, satis aliis celebrato, & a multis Patribus in auxilium vocato, quod in Ep. XIII ad Dionysium reperitur, fidem, & assensum adhibere vellemus, ubi ita: *σπαδαίας μὲν ἐπιστολῆς Θεοῦ ἀρχαῖς, Θεοῦ δὲ τῆς ἡττον.* p. 690. Op. Verum cum *νοθείας* ea Epistola a Viris doctis postuletur, quod tamen vereor, ne injuste fiat, (a) de aliis argumentis ad declarandam Platonis mentem idoneis, solliciti erimus. Plato quidem ipse per anfractuosas disceptationum ambages non nisi obscure ponit, in quibus tuto consistere, & securus acquiescere possis, neque tamen animi sui sensa ita occultavit, quo minus Mornæus c. III. de Ver. Rel. Chr. p. 44. seq. ed Gall. Rud. Cudworthus System. Intellect. p. 403. & Huetius Demonstrat. Evangel. Prop. IV. c. II. §. XIV. & in Alnet. Quæst. p. 108. seq. Ed. Lips. ex pluribus Platonis locis comprobaverint, Eum non nisi Unum agnovisse Deum, supremumque, ac Dæmonibus, Spiritibus, Sole, Luna, & id genus aliis creaturis, quos Dei nomine sæpe appellare confvevit, longe eminentiorem, quippe quos omnes imperio, nutuique Numinis subiecit. Clemens Alexandrinus, in lectione librorum Platoniorum versatissimus, L. I. Strom. p. m. 336. D. unitatem Dei juxta Platonem adstruxit, & *Ψευδο* Origenes in *Φιλοσοφούμενοις* p. 115. τὸν Θεὸν, Φασί τινες, Πλάτωνα ἕνα εἶπεν, ἀγέννητον, & ἄφθαρτον. ubi vide Cl. Wolffium in Notis, cui junge Jo. Clericum Bibl. Sel.

(*) Conf. Ccl. Fabricium Bibl. Gr. L. II, c. X. §. XVI. p. 419.

Sel. T. III. p. 73. πατέρα vero ένα, & εν σπέρμα Deum dum vocat Noster, tacite insinuat, se unum confiteri principium, quod reliquis originem dederit, & incrementum. Perinde ut Platonem fecisse, monimenta testantur, quæ tum ipse, tum alii expolita reliquerunt. Contrarium quidem olim Plutarcho, & post hunc Auctori Philosophumen. p. III. placuisse videtur. At vehementer uterque falluntur, mente Platonis prorsus excidentis. Constanter enim illorum opiniones rejecit Plato, qui materiam, (ύλην) αγέννητον crederent, aut Deo coæqualem, qui error plerorumque animos tunc occupaverat. Quamvis id extra dubitationem positum sit, Platonem materiam mundi προυπάρχουσαν statuisse, triplexque Principium docuisse, Θεόν, & ύλην, & παράδειγμα. conf. Diogenem Laert. L. III, §. 69. Auctorem Philosoph. p. 108. & ad utrumque Interpretes. Sed valde differunt Platoni hæc principia, quæ diverso loco habet. Deus ab Eodem αρχή δημιουργική statuitur, cum quo δημιουργῶ nihil commercii ratione essentiae habet ύλη, quippe quæ ab illo dependet, & natura inferior est. αρχή vero παραδειγματική æterna quidem, semperque in Numine fuit, a Deo tamen non est diversa, potius attributum divinum significare videtur. παράδειγμα enim, sive exemplar id esse, Plato voluit, in quod Deus intuens, ad idearum, quas in se ipso ante produxerat, exempla res formavit. Ita omnia condita esse dicebat Academia ὑπό Θεῶ, tanquam a causa efficiente, & ποιητικῇ, ἐξ ύλης, habes causam materialem, πρὸς ιδέαν, vel παράδειγμα, velut ad præscriptum exemplar, quod significatione ampliore Causam Instrumentalem appellare posses. Proclus L. II. in Timæum p. m. 80. Αιτία, inquit, πρὸ τῶ κόσμου ἄλλα ἄλλων, ἀλλ' ἔ δημιουργική τῶν γεννητῶν

157. Latius hæc persequitur in sequentibus, imprimis
 p. 81. quæ tamen angusti, quibus circumscripti sumus,
 limites non capiunt. Adhuc disertius, luculentiusque
 l. c. p. 117. Platonis mentem interpretatur, ubi Deum
πρατίστην ἢ ἀόρατον αἰτίαν τῆς ὕλης constituit. Ita etiam
 Platonis doctrinam proponit Alcinous l. c. c. IX & X,
 apud Stanlejum lib. alleg. p. 335. & Jo. Picus Mirandul. P. I.
 Sect. IV. seqv. ap. Eundem p. 358. seq. ficuti contra Plu-
 tarchi criminationes Platonis causam perorat Cudwor-
 thus, reconditæ doctrinæ Vir, in System. Intellect. L.
 I, c. IV. & *ψευδο* Origenis lapsum corrigit Cl. Wolffius
 in Observat. ad Eundem p. 112. Procli sane auctori-
 tatem hic magni facimus, qui de Theologia Platonica
 L. III, c. 21. sententiam nostram adstruxit. Deum a Pla-
 tone principium, opificem, & causam causarum di-
 ctum esse, gravissimus testis est Athenagoras in Le-
 gat. p. 6. seq. nec non Justinus in Cohortat. ad Gr. p.
 27. Op. qui etiam p. 19. A. de Principiis ex mente Pla-
 tonis doctè disputat, & p. 8. quartum principium addit,
 nempe animam mundi universalem. Materiam tamen ge-
 nitam agnovisse Platonē, Idem docet, quamvis alibi more
 non infrequenti contrarium asserat. Proinde Synefius in
 castris Platonicorum militare censendus est, quando De-
 um opificem mundi H. Ill. p. 377. *κόσμον κόσμων, ἰδέαν*
ἰδεῶν, ῥίζαν ῥιζῶν, ποιητὴν τῶν πάντων lb. appellat. qui clare
 præterea *ἀεχὴν παραδειγματικὴν* adstruit, ubi *Φύσιν ἰνδάλω*
μονα vocat *τῆς ἀεινάω* i. e. imaginem immortalis, discrim-
 enque ostendit, quod Plato inter Deum, & materi-
 am intercedere aiebat, *Φύσιν*, & *ὑλην, μητέρα* qui non
 raro appellare consuevit. Immaterialem Deum esse,
 quod docuerit Plato, nemo, credo, negabit, qui me-
 mine-

minerit, Deum a Platone ἀσώματον, & ἀνείδιον invocatum fuisse, testibus ipso Lib. II. de Republ. Diogene L. III, §. 77. Auctore Φιλοσ. P. III. & magna Auctorum nube apud Menagium p. 164. Luculentum Plutarchi locum, a reliquis prætermisum, præterire hic non possumus, L. I. de placitis Philof. qui ex Platonis sententia pronunciat: Νῆς ὁ Θεός, χωριστὸν εἶδός, τῶν ἐστὶ τὸ ἀμύγηδες πάσης ὕλης, μηδενὶ παθητῶν συμπεπλεγμένον. Aristocles apud Eusebium L. XV. Præpar. Evangel. p. m. 477. differentiam Stoicorum, & Platoniorum insinuat, ἔτοι, inquit, de Stoicis loquens, ἀμφω σώματά φασι εἶναι καὶ τὸ ποιῆν, καὶ τὸ πάχον, ἐκείνους (πλάτωνος) πρώτων ποιῆν αἴτιον ἀσώματον εἶναι λέγουσι. Synesium eadem credidisse, omnes Hymni non tam loquuntur, quam clamant. Unde consequitur, liberandos esse a Spinozismi suspitione Platonem, & Ejus asseclas, qui ita sollicitè se a Stoicorum errore remonent, quos proxime ad Spinozam accedere, rectè Eruditi judicant. Reliqua, quæ huc afferrì vel poterant, vel debebant, deinde disputabimus, ubi opiniones Synesii de anima Mundi examini subjiciemus. Vide interim, si videbitur, quæ Jac. Thomasius, ὁ μαμαρίτης, de Stoica Mundi Expositione Diff. XI & XIV. Cel. Buddens de Spinozismo ante Spinozam §. XIII. seq. & nos aliquando in disput. de Atheismi falso suscepi p. 36. seq. in subsidium Platonis monuimus.

IX

Jam ad reliqua Φιλοσοφήματα excutienda accedamus. ante vero, quam id fiat, juvat, gravissimum Synesii errorem attingere, quo diversitatem sexus in divini-

vinitate credidit esse, opinionemque arripuit, multis quidem tum Philosophis, tum Hæreticis receptam, sed ab omni sanæ rationis usu abhorrentem. Reliquit hæc impura, lacunasque redolentia fœtidas, doctrinæ femina in Hymnis, formam magis cantilenarum Orphei, Procli, & Mystæ Ægypti referentibus, quam hominis Christiani, Virique amplissima Episcopi dignitate aucti. Bene Pearsonius id vidit, vestigia Philosophiæ Barbaricæ, & Valentinianorum in Hymnis Synesii deprehendens in Vindic. Epist. Ignat. quæ T. II. Patr. Apostol. insertæ sunt, p. 362. Ed. Jo. Clerici. Neque enim adferri possum τῶν δέων, cui prima τῶν ὑγιαίνοντων λόγων capita Synesius in Hymnis complexus esse videtur, quem, credo, nimis liberaliter agere, pluraque sibi a Nostro polliceri, quam quidem ipsa Op. Synesianorum lectio expectare jubet. Audiamus vero, quomodo canat Synesius Hymno III. p. 320.

Μόνος εἶ μονάδων

ἑξιδιμῶν ἀξιδιμότες

Ἐν τε πρὸ πάντων

Θῆλυ κ' ἄρρεν

βύθῳ ἀόρητῳ (α)

Unitas es Unitatum (ο Deus)

Numerorum numeris,

Et unum ante omnia

Fœminina & mas

Profunditas ineffabilis.

& Hymn. II. p. 317. sermone ad Deum directo, Numen ita alloquitur:

Σὺ πατὴρ, σὺ δὲ ἔσσι μάτηρ

Σὺ δ' ἄρρεν, σὺ δὲ Θῆλυ

Tu pater es, Tu mater

Tu mas, tu vero fœ-
mina

Σὺ

(*) Valentinum loquentem crederes, nisi Synesium canentem audires. Ita uterque eandem tibiam inflant, qui ex uno fonte hortulos suos videntur irrigasse. vid. Pearsonium ubi supra.

σὺ δὲ Φωνά, σὺ δὲ σιγά. (β) *Tu vero Vox, tu vero
Silentium.*

De Numero quæ habet Synesius, deprompta sunt ex Pythagoræ schola, quem τὸν περὶ τὰς ἀριθμῶς πραγματείαν μάλιτα πάντων ἱμῆσαι, non præter rationem, Stobæus Eccl. Phys. c. 2. pronunciauit. Intellexisse Pythagoram per μονάδα θεῶν, ἢ τ' ἀγαθόν, & ἀριθμὸν τὸν κόσμον ἢ ἀρμονίαν, vel ex solo ψευδο Origene p. 27. discimus, ne aliorum testimonia cumulemus. Imo universam θεολογίαν sub numerorum involucris discipulis obtrusit, de quibus uberius differendi tunc occasionem nanciscemur, cum Synesianas de mundo, & generatione rerum ὑποθέσεις scrutabimur. Verum hæc de Numeris Philosophia occasionem forte præbuit Synesio, sexus differentiam in Deitate comminiscendi. Unitas enim πᾶληρ, δυὰς μήτηρ a Pythagoræ alumnis dicebatur, & qui ex hisce emergit numerus tertius, ἀρρενόθηλος illis audiebat. Nisi ex Orphei doctrina derivare malis, ex qua fragmenta conservavit Proclus L. I. in Timæum p. m. 15. quam ipse calculo suo comprobat L. II. in Tim. p. 67. seq. τῶν ἐν ἐξαναθ θεῶν οἱ μὲν κατὰ τὸ ἀρρεν, οἱ δὲ κατὰ τὸ θῆλυ διακρίνονται. Cui frequens præterea consuetudo est, Deum μῆροπᾶτορα appellandi. De reliquis, paria cum Synesio sentientibus, adi Jo. Alb. Fabricium Cod. Pseudepigr. N. Test. p. 361. seqv. & Jo. Christ. Wolffium ad Philosoph. Orig p. 40. Sicuti etiam in causas, quibus moti Veteres illam sexus diversitatem effinxerunt, docte inquirunt If. Casaubonus contra Baronium Exerc. I. N. XVIII. & Jo. Rualdus in Animadvers. ad

E

Plu-

(β) Nemo diligentius argumentum de σιγῇ excusit Pearsonio, quem adi loc. cit.

* (34) *

Plutarchum Animadv. 42. p. 132. Nobis præ reliquis placet sententia Fabricii l. c. p. 362. *Sub Deorum marium nomine potentiam Dei efficitricem, sub Deabus vero materiam eos considerasse.* quæ etiam Dickinsonii sententia est in Physica V. & V. p. 297. *Mibi, iniquentis, videntur tam Ægyptii, in quibus Deus supremus ἄρρενόθηνλος i. e. Mas & foemina dicitur, quam Græci, a quibus μητέρα mater simul & Pater appellatur, per ea nomina significasse ipsius quoque materie creationem a Deo, quatenus in prima generatione (quæ fuit ipsius materie creatio) Deus ut activa potentia iussit materiam fieri, vel generavit: Cabbalistarum effata matrem, ratione paullo dissimili, in divinitate statuentium, silentio præterimus, cum certissimus, Synesium hæc Cabbalistarum cogitationes hic non usurpasse: Verum illa opinionum portenta, quæ Valentiniani fovebant, a Synesii cogitatis non procul abludunt. Horum enim συζηται, non ex alio fonte, quam Platonico-Pythagorico-Ægyptio dimanasse videntur, ut non ita pridem Massuetus Dissert. I. Irenæo præfixa non sine exquisito doctrinæ apparatu comprobavit, & de Ægyptiis nominatim monuit Georg. Hooperus peculiari libro an. 1711. edito, nisi in contraria nonnullorum persuasione acquiescere malis, qui Valentinianæ hæresis originem genealogiis Judæorum ἀπεράνσις, eorumque numerationibus Sefhiroticis cum Hottingero, Buddeo, Steph. Le Moyne T. II. Var. Sacr. p. 163. & Jo. Alb. Fabricio B. G. L. V. p. 201. assignant. Primus tamen non fuit Valentinus, qui Genealogias suas, & μύσας ἀπεράνσις excogitavit, quos a Gnosticis accepit, multisque accessionibus, ut fieri solet, partim interpolavit, partim auxit. conf. II. Vossum in Epist. ad Salma-*

Salmasium T. I. Patr. Apost. ed. Clerici præfixa, *Mas-*
suctum l. c. &, quem primo loco nominare debebam,
Jo. Crojum in *Specimine Conjecturarum ad Loca Patrum* p.
 65. Ceterum Patrum quidem nonnulli Sp. S. matrem
 appellare, vel ex Cabbalistarum mente, de quorum
 principiis conf. *Vostri Bilibræ Veritatis* p. 367. seq. vel
 verbis Evangelii secundum Hebræos, quæ affert Orige-
 nes Hom. XV. in Jerem. T. I. Op. p. 148 ed. Huet. dece-
 pti, vel forte ex Luc. XV, 8. inconsideratam loquendi
 formulam arripientes, non dubitarunt, at ea Synesii a-
 nimo non infidet sententia, qui Deo ἰὸ θεῶν, *se-xum se-*
quiorum eo sensu tribuit, quem modo explicavimus, &
 quo Orpheus, Ægyptiique, ac Proclus usi sunt. Tem-
 perare nobis non possumus, quo minus illustrem quen-
 dam locum ex Proclo L. V in Timæum p. 291 afferam-
 us, interpretationi Synesii inferviturum. καθό φησιν
 ὁ θεός, ἄρβεν ἕ, ἠλό πατρικόν ἕ γεννητικόν ἐστίν.
 Tantum.

 CONSPECTVS DISPUTATIONIS.

§. 1. Jesuitarum temeritas in molendis novis rebus notatur.
 Platonismus Patrum. §. 2. Scriptores *Vite Synesii* commen-
 dantur, quorum observationes novis augentur. §. 3. *Synesi-*
ane facundie elogium. Eiusdem ratio Philosophandi. §. 4.
 Platonismus Synesii adstruitur auctoritate testium. *Hypatia,*
Philosophæ Alexandrina. §. 5. φιλοσοφύμενα Synesii de cau-
 sis Philosophiæ, Notisque boni Philosophi. §. 6. De otio, &
 eloquentiæ studio Philosopho valde necessario ex mente Pla-
 tonis & Synesii. §. 7. De fine Philosophiæ ultimo, & inter-
 medio. §. 8. Synesii & Platonis sententiæ de Deo, Ejusque
 essentia, & attributis. §. 9. Θεός ἀρετινός ηλ & Synesii explo-
 ditur.

Confectaria.

I

Plato ex Barbarica Philosophia multa hausit, an nominatim ab Hebræis quædam dogmata acceperit? incertum, id certissimum est, a Jeremia Proph. eum non fuisse institutum.

II

Tres Plotini Hypostasés nulla ex parte Christianorum Trinitati respondent.

III

Imbecillia argumenta sunt, quæ, pro asserendo Trinitatis dogmate, ex rationis lumine depromuntur.

IV

Nec veritatis speciem habet, Senecam Trinitatem in Consol. ad Helv. c. VIII. Quisquis formator &c. agnovisse.

V

Alexandriæ Sec. III, IV, & V. Platonica Philosophia floruit.

VI

Ammonius, a nobis laudatus, ab Ammonio Peripatetico sedulo distinguendus.

VII

Origenes, Plotini discipulus, ab Origene Adamantio diversus esse videtur.

VIII

Methodum conciliandi Aristotelem cum Platone, ab Ammonio usurpatam, luculenter declarat Hierodes in lib. de Provid. ap. Photium N. CCXIV & N. CCLI.

§. II. p. 7. pro *Antiocheni* lege *Alexandrini*.

§. VI. p. 19. *M. Tyrius*, *Vir diligens*, & supple *accuratus*.

§. VI. p. 21. *Alcionus* lege *Alcinous*.



00 A 6357

ULB Halle

002 845 008

3




f
56.

v> 98

Rebo







45.

D. B. J
AVSPICIIS RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DN. FRIDERICI WILHELMI
PRINCIPIS BORVSSIAE, RELIQUA

PHILOSOPHUMENA
SYNESII CYRENENSIS

DISPVATIONE PRIORE

D. III Februar
A. O. R

∞ 13 CCXIV

PRAESIDE

M. PETRO ADOLPHO BOYSEN

ASHERSLEBIENSI

Publice interpretabitur

CAROLVS FRIDERICI Ph. & S. Th. St
CYGNEA. MISN

HALÆ MAGDEBURGICÆ
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ

44.

